



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117840**

§. 11. Justinianus Imperator restituitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

Sæcul. VIII. sam. S. Adamnanus hunc librum Regi  
A. C. 705. Alfrido dedit, qui cum donis cumulatum  
dimisit.

Ad sua reversus, Fratribus Monachis  
rii sui Hyani, & omnibus, qui huic Mo-  
nasterio subjiciebantur, frustra conatus  
est persuadere, ut morem Ecclesiæ re-  
perent; in Hiberniam deinde delatus  
ceteros ferme omnes suo hortatu, quen-  
in primis modestia commendabat, eo ad-  
duxit, ut veterem consuetudinem dimi-  
terent. Paschate cum illis secundum  
Ritum totius Ecclesiæ celebrato ad In-  
sulam suam rediit, rursusque suos Mono-  
chos instantissime hortatus, ut mentes  
mutarent, nihil ab obstinatiis impetravit.  
Obiit Vir Sanctus vigesimo tertio Sept.  
ejusdem anni, qui septingentesimus quin-  
tus fuisse creditur.

### §. XI.

*Justinianus Imperator restituitur.*  
Hoc anno Justinianus Imperator So-  
lum denuo concendit. Cum ma-  
Theoph. an.  
Afp. p. 312. re trajiceret, a Bulgaris opem flagita-  
S. Niceph.  
P. 27. rus, sæva incumbente tempestate, socio-  
rum aliquis in tanto periculo fugello  
consilium: *Fac Deo votum; si tibi he-  
perium reddiderit, nullam te vindictam  
contra inimicos tuos suscepturnum.* Ju-  
stinianus ira commotus respondit: *in-  
Cælum me perdat, si vel uni eorum pe-  
cen-*

cerò! Bulgarorum copiis auctus Con-Sæcul. VIII.  
 stantinopolim venit, per Aquæ ductum A. C. 705.  
 furtim intromissus portas & aditus occu-  
 pavit. Tiberius Apsimarus e fuga retrah-  
 etus, jubente Justiniano vincitus catenis  
 per urbem raptatur cum Leontio Ante-  
 cessore suo. Ita acerbe delusos in Cir-  
 cum duci præcipit; prosternuntur ante  
 Sedem ipsius, eorumque colla, dum equi  
 excurrunt, spatio circiter horæ unius se-  
 dens pedibus suis premit, acclamante  
 populo: *super aspidem & Basiliscum am- Psalm.90:*  
*bulasti, & conculcasti Leonem & Draco-*  
*nem.* Tum illi, quibus a Justiniano im-  
 peratum erat, ambobus capita amputant.  
 Apsimarus septem annis regnaverat, &  
 Justinianus postliminio restitutus sex an-  
 nis sceptrum tenuit. Callinicum Patriar-  
 cham Constantinopolitanum effossis ocu-  
 lis in exilium misit, quod famam suam,  
 cum coronaretur Leontius, proscriptis-  
 set. Tum in Sedem ejus Cyrum prius  
 in Insula Amastri Anachoretam, qui sibi  
 iter facienti, & in illam Insulam delato  
 Imperium secundo capessendum vatici- *Sup. §.7.*  
 natus, evexit.

### §. XII.

#### *Abdelmeli Mors. Ovalidus Califa.*

Eodem anno 705. Hegiræ octogesimo,  
 Califa Abdelmelico fatis functo, fi- *Theoph. §.7.*  
 lius ejus Oulitus, seu Ovalidus successit. *p. 312. Elm.*  
 Oo 3 *c. 13. p. 70.*  
 Abdel-